ut homies in mundo demones in inferno ſicq
malum pati p̄dicantur dum bono priuantur.
ſicut cecus in ſole poſitus tenebras pati dicit
dum luce non fruitur. Cur autē deus creature
dulcedinē ſue p̄ſentie pfruendaz vni exhibeat
alteri ſubtrahat racō nullo acumine penetrare
valet. ſed terribilē deū in iudicijs ſuis ſtupet.

Cur nō tota creatura in vno ſtatu pmaneat
cū in deo ſit qui immutabilis eſt. ca. xxiij.

Tem queritur ſi deus in omī creatura et omnis
creatura in eo eſt. quō aliquid deficiat et non
potius totū in vno ſtatu permaneat. p̄ſertim cū
immutabilis deus cuncta contineat. Sed ſciē-
dum eſt q̄ in hoc creator a creatura diſcernit.
dum hic immutabilis. hec autē multū inſtabi-
lis cernitur. cūcta aūt eternitatem imitantur
dum deficiendo et iterum recreſcendo et iteruz
quaſi in circulis exiſtentie ſemp rotātur. Quia
enim de nichilo originem ſimpliciter ſumunt in
nichilum recurrere et quaſi extra deum exire cu
piunt. ſed quia exitum non inueniunt quaſi in
circulos reuoluta rurſum in eſſe redeunt. Celi
quippe et ſidera ſemp in circulos ſuos reuoluū
tur. aque iugiter influēdo quaſi pacto circulo
in fontes ſuos reuertuntur. Arbores herbe ani-
malia creſcendo ſeneſcendo putreſcendo ite-
rū recreſcēdo quodāmō circuloſe circūagūtur.
Hoc q̄z modo cūcta per ſe in nichilum tendūt.

ſʒ p ↄtinentiā dei ſp in datā naturā reuerti ↄten-
dunt. Itē queritur ſi homo in paradiſo pſti-
tiſſet vtrū hec cūcta ut nūc mutabilia fuiſſent.
ProcuIdubio cuncta cū labili tempore ut nūc vi
ces ſuas creſcēdo deficiēdo naſcendo moriendo
ſeruarent. ipe in vno ſtatu ſtabilis et dn̄s oim
pduraret. qꝛ vero peccādo inſtabilis extitit ipe
cum tempore et caducis rebus labi cepit.

Reſpōſio ad reliquas queſtōnes ſup̄ caplo .xix. ppoſitas. ca. xxiiij.

Fugatis tenebris de ſtructura ſacre edis
iam ad diſſoluēdas machinas ↄtra eam ere-
ctas attingamus. Deū alicubi eſſe ſubſtātialr
et vbiqꝫ potentialiter repugnat firmitati toti-
us iā elaboratę diſputacōnis et ſubruitur im-
pulſu euidentiſſime racōis. Si eni alicubi ꝛ nō
vbiqꝫ ſubſtātialiter ē. tūc circūſcptus ē et loca
lis. et ſi localis ē. tūc corpus ē. et ſi corpus eſt
ↄcluditur nō eſſe deus. Amplius. ſi deus loco cō
tinetur tūc locus qui eū cōtinet maior ꝛ melior
eſt illo. maior qꝛ deū includit. melior qꝛ tantuꝫ
bonū ↄtinet. Porro ſi in celo ē ſbaliter. in mūdo
aūt potētialiter tūc eius eſſentia ē aliud qꝫ po-
tētia. et ſequit̄ q hec potētia ei ex accidēti adue
nerit qꝫ ſupius racō a facie vitatis repulit. Si
aūt dimidius ē in celo et dimidius in mundo.
tunc creatura cōtinet creatorē et includit in ſe
ſuū factorē. Si autē aliquādo eſt in celo aliqn̄